



Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

Luca, Giovanni Battista de

Coloniae Agrippinae, 1690

Disc. XCII. Ariminen. fideicommissi de Bartolutiis. De eadem theorica Cumani. An substitutio facta de proximior terminet in primo, vel habeat tractum successivum per, ita ut iste cenfeatur gravatus ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

ARIMINEN.
FIDEICOMMISSI
DE BARTOLVTIIS

PRO

ANTONIO NERIO

CUM

CASIMIRA ET ROSARIA
DE NANNIS.

Casus decisis per Rotam pro Nannis.

De eadem theorica *Cumani*; An scilicet
vocato proximior, terminet voca-
tio in primo, vel potius habeat tra-
ctum successivum, itaut iste censea-
tur gravatus restituere alteri proximi-
ori, & sic successivè.

SUMMARIUM.

- 1 *Fidei series.*
- 2 *De theorica Cumani, an vocatio proximioris sit per vulgarem vel fideicommissariam.*
- 3 *De ejusdem theorica limitatione ex conjecturis.*
- 4 *De propositione, ut in primogenituris gravamen detur descensive nunc autem per transversum.*
- 5 *Enumerantur conjecturae pro fideicommissi progressu.*
- 6 *Vocatio proximioris in numero singulari, an sit considerabilis ad excludendum dictum progressum.*

DISC. XCII.

Illius Caesar Bartolutius, Virginiae uxori instituta substituit secundogenitum Valerii ex sorore nepotis, ejusque descendentes in perpetuum cum ordine primogeniturae, ipsoque non extante secundogenitum Alexandri pariter ex altera sorore nepotis cum eodem ordine, & in istorum defectum filium Guidobaldi de Monte, quo moriente sine filiis masculis, vel nolente successionem agnoscere, & conditiones servare, ultimo sic decedenti, vel conditiones non observanti substituit proximiorum in sanguine masculinum, ejusque filios & descendentes masculos pariter cum ordine perpetuo primogeniturae, in junctis pluribus oneribus ac prohibitionibus, illis praesertim non alienandi bona, & assumendi cognomen & familiam testatoris, ejusque domum habitandi sub poena caducitatis in singulis casibus, & si accideret, quod nemo ex ejus proximioribus in sanguine reperiretur, qui hereditatem cum oneribus & conditionibus praescriptis susciperet, substituit Hospitale, deputatis quibusdam perpetuis executoribus, quos voluit esse judices cum suprema potestate decidendi lites & controversias inter cognatos & conjunctos super proximitate oriendas cum strictissimo praeccepto acquiescendi dictorum executorum determinationi sub poena privationis & inhabilitatis.

Caducatis primis duobus vocacionibus pro ob non existentiam secundogenitorum Valerii Alexandri, primum successione locum occupavit filius Guidobaldi de Monte, quo sine filiis masculis successit tanquam proximior Valerii senioris ex filio nepos, eoque mortuo sine masculis, superstitibus duobus filiabus, & istas hujus hereditatis posseditrices ego Antonius Nerius ex eodem Valerio senioris defuncto tendens sibi tanquam masculo in sanguine proximiori hoc fideicommissum, seu primogenituram apertam esse, sed in prima instantia eorum locum occupavit, atque introducta per appellacionem in Rota coram Tria, disputato dubio sub die 16. 1659. An constaret de hoc fideicommissi ad Antonium, pariter contra eum prodit resolutum, & stat ex de super edita decisione, adversus quosdam cessavit nova audientia, ob supervenientem Antonii mortem per filios perillos superstiti prosequuta.

Pro dicto Antonio scribens, nec laudare omnino reprobare sciebam hujusmodi resolutionem, cum quaestio non esset juris sed facti de vacationis resultantis a pondere conjecturarum, quas determinata regula dari non potest, sed sit materia arbitraria, ut sapienter decreverunt ingeniorum varietatem frequenter quodammodo nigrum, ab altero reputatur albam, quod uterque ad solam varietatem ac justitiam oculis tellectus dirigat.

Admittebamus enim Ego & ceteri fratres pro actore, regulam esse juxta receptam theoricam in l. cum ita §. in fideicommissi ff. de legum. vocatio proximioris censeatur inter plures descendentes, ideoque terminet in primo, sive in ascendentibus, cum in proposito hujus theoricam plex quaestio cadere solet, Una scilicet, an proximior terminet in primo individuo, sive in ejus persona, itaut bona illic hanc libertatem gravatus restituere ipsi sive filii descendentes; Et altera num posito isto fideicommissum succedat ad favorem proximiorum descendentes, censeatur etiam durare alterum successum ad favorem aliorum proximiorum transversalium, nec adsint, itaut hujusmodi proximiorum vocatio pluribus substitutionum gradus vel ordines occurrere dicatur.

In utraque quaestione regula est juxta theoricam *Cumani* pro cessatione oneris, & veritas in uno quam in altero casu limitationem capit ex conjecturis diversam testatoris voluntatem suadentibus juxta traditionem ejusdem *Cumani* quem regulam ac limitationis antesignanum agnoscunt, cum hac tamen differentia, quod hic faciliores, ac leviores conjecturae admittuntur continuatione fideicommissi seu primogeniturae in ejusdem primi admissi descendente, quod hic fiat transitus ad alios transversales, cum quodammodo difficilius hujusmodi transitus datur, ut patet in 27. *Anchar.* cum quo ferè omnes pertransierunt testatur *Fusar.* quest. 382. num. 52. ac sapienter observavit Rota praesertim dec. 129. post Merlin de legum. non fideicommissi de Bolognini 29. Novembri 1644. coram Ghislerio Tiburtina fideicommissi 25. May 1647. 14. Januarij 1647. coram Arguelles post Ceriali, & *grin.* decif. 30. & 31. ac etiam secunda impressio de *Redena* cum cons. 17. & decisione 1. par. 10. r. 10. in proxima fideicommissi 5. July 1651. & 26. Januarij 1651. coram Cerro.

Et in propriis terminis limitationis in secundo casu, transitus scilicet à linea deficientis unius proximioris admissi ad alteram alterius transversalis, in Bonon. primogenitura prima Iulii 1654. coram Bichio impress. de cis. 346. par. 11. recen. Ideoque dicebam propositionem ex altera parte adductam, atque in dicta decisione admissam, ut in fideicommissis præsertim iure primogenituræ ordinatis censeatur inductum gravamen descendivè non autem per transversum ex deductis per Bursatt. conf. 354. num. 7. Bardellon. conf. 93. lib. 1. Marti. conf. 42. num. 3. & alios, esse quidem veram ad effectum regulæ, ac etiam ad effectum illius limitationis difficilius inducendæ, præterquam favore descendendum, non tamen esse impossibile, ut ex conjecturis etiam istud gravamen dandum sit, ut firmatur in allegatis decisionibus, præsertim in dicta Bonon. primogenitura coram Bichio, de qua occasione aliarum questionum habetur supra disc. 15.

Quare punctum esse dicebam in pondere ac efficacia conjecturarum, quarum multas ego & ceteri huius partis defensores cumulabamus; Primum nempe ob desideratam à testatore conservationem propriæ agrationis, in specie consideratam in dicta Bonon. primogenitura; Secundò ob perpetua onera, & in qua principaliter se fundat Ancharan. conf. 27. quem ceteri sequuntur, & in specie ponderat Rota in dicta Tiburtina fideicommissi 25. Maii 1646. coram Arguelles Bonon. deicommissi de Guidottis 24. Ianuarii 1648. coram eodem, Urbinate. pradii 3. Iunii 1650. coram Bichio & in aliis. Tertiò ob præceptum perpetuæ habitationis ejus domus; Quarto ob perpetuam prohibitionem alienationis cum prohibitionem impetrandi à Pontifice commutationem voluntatis; Quintò ob vocationem proximiorum in casu contraventionis de gradu in gradum cum verbis perpetuitatem denotantibus; Sextò ob deputationem exequutorum, qui sint perpetui nunquam defecturi, utpotè sub nomine officiorum vel dignitatum deputati; Et septimò ob vocationem Hospitalis in defectum omnium, & quæ singulæ canonizantur in allegatis decisionibus, præsertim Tiburtin. & Bonon. de Guidottis coram Arguelles, ac d. Bonon. primogenitura coram Bichio, Et quas omnes dicebamus non singulariter ponderandas, sed unitim cum regula hodiè in conjecturalibus quotidiana, ut singula quæ non prosunt, unita juvent.

Omnibus istis conjecturis respondet Rota in decisione desuper edita, eas rectè operativas remanere in suis casibus expressis per testatorem, qui quatuor substitutionum gradus concepit, & quatuor diversa personarum genera supra vocavit, proindeque conjecturas non remanere inanes, sed operativas in casibus prædictis non autem inducere debere majorem fideicommissi extensionem.

Responsio mihi, ad veritatem reflectenti non satisfaciebat, unde pro mea sententia videbatur probabilius fideicommissi continuationi veritatem assistere, non quidem ex conjecturis generalibus resultantibus à contemplatione agnationis, ita per modum fictum renovandæ & conservandæ, seu à prohibitionem alienationis, ac onere habitandi domum, & qualitate onerum in perpetuum ferendum, cum aliis, de quibus supra, cum in his omnibus militare possit responsio, quæ in decisione datur, quod scilicet verificentur ac suam faciant operationem in quatuor lineis & descendentiis jam vocatis, per multa sæcula & cum ea perpetuitate, quæ

in Mundo dari potest de possibili duraturis. Sed ex tribus circumstantiis, quibus nõ videbã nec per Rotã, nec per defensores alterius partis dari adæquatam responsionem; Primò ob deputationem executorum perpetuam ac indeficientem qualiter habentium cum ampla & satis enixè explicata facultate iudicandi ac decidendi controversias inter conjunctos orituræ super proximitate, cum verbis clarè denotantibus hujusmodi controversias pluries fore exituras, & tamen spectato intellectu partis, cui Rota adhaeret, proximitatis controversia contingibilis non esset nisi una tantum vice, cum qua defectis tribus lineis seu generibus prius nominatim vocatis ageretur de admitendo uno proximiorum, quo admissio, nulla remanebat amplius proximioritatis quæstio, vel plurium, qui se proximiores contendere concursus, dum in dicto sic admissio vocatio terminaret, seu in ejus descendentiis, in quibus jam præscriptus erat ordo primogenituræ.

Secundò in præcedentis corroboracionem, ob præceptum testatoris omnibus de proximitate contententibus injunctum, acquiescendi dictorum executorum determinationi sub pena privationis seu inhabilitationis ad succedendum; Fatua siquidem ac irridibilis remaneret ista pena, si concurrentibus jam à iudicibus exclusis, non remaneret amplius spes succedendi post unum jam admissum; Et tertio quia pluries testamenti verba ostendebant testatorem considerasse plurium successorum admissioem de manu in manum; Quibus circumstantiis peculiaribus, adjungendo etiam superius dictas conjecturas generales, mihi videbatur nimis claram resultare voluntatem testatoris pluries repetendi ac perpetuandi hujusmodi successioem ordinem, præsertim quia expressè vocantur descendentes proximioris jam admissi, unde dici non potest conjecturas remanere efficaces ad faciendam istam operationem, inducendi scilicet fideicommissum inter primi proximioris admissi descendentes, nam alias cessantibus conjecturis juxta regulam Cumani neque venirent, unde propterea remanere videntur absque operatione, quod non est de facili admittendum.

Ponderabant etiam scribentes pro altera parte, proximiorum vocatum esse in numero singulari, ideoque non convenire nisi primo jam admissio; Verum hoc satis debile reputabatur fundamentum à Rota etiam in decisione spreterum, Tum quia ubi fideicommissum restrictum non est ad ordinem primogenituræ vel majoratus, ita ut possit pluribus eodem tempore convenire, vocato proximiorum in numero singulari ex veriori sententia veniunt omnes quamvis plures in eadem proximitate existentes; Tum etiam quia numerus singularis operationem facere potest in quocumque casu successioem, quam disponens cum ordine primogenituræ in una tantum persona residere voluit, sed non excludit repetitionem plurium graduum, seu ordinem admissioem de una linea ad aliam, ut in specie hujus fundamento respondetur in dicta

Bonon. primogenit. prima Iulii 1650.
coram Bichio dec. 346. par. 11.
rec. num. fin.

RO